



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 90119339

§. 18. Ejusdem Pontificis epistola ad Poloniæ regem hac in caussa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67683](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67683)

§. XVIII.

Sæc. XVIII.
A. C. 1732.*Ejusdem Pontificis epistola ad Poloniam Regem hac in causa.*

Hoc Pontificis propositum omnibus ferme Cardinalibus probabatur, quare ex eorum consilio sequenti mox die Papa ad Augustum Saxoniam Electorem ac Poloniam Regem literas dedit hujus tenoris :

*Charissime in Christo Fili noster,
Salutem &c.*

„Ut nostri Apostolatus studiis ad
 „procurandam animarum salutem ju-
 „giter intentis paterna Charitate ac
 „pari sollicitudine obsecundaremus,
 „quid providentia nostra susceperit ac
 „decreverit, intelliget Majestas Tua
 „tam ex Actis Consistorialibus, quam
 „ex Apostolicis, quas dedimus, lite-
 „ris, quarum exempla ad Te curanda
 „mandavimus. Porro ad eam rem
 „alacrius capeffendam, magnum mo-
 „mentum accessit ex singulari fiducia,
 „quæ proculdubio persuasit, ut, quo
 „divina benignitas revocandis ad finem
 „Catholicæ Ecclesiæ subditis tuis feli-
 „cius curas nostras cælestibus bene-
 „dictionibus provexerit; eo studiosius
 „tam

G 5

Sæc. XVIII. „tam Majestas tua, quam dilectissima
 A. C. 1732. „in Christo Filius noster, regius Pri
 „ceps, natustuus, satagerent, ne ulli
 „restituendæ alendæque religioni ne
 „cessaria subsidia deessent. Age igi
 „tur Charissime in Christo Fili noster
 „divinum opus ad Dei honorem, v
 „ramque Saxonicæ ditionis tuæ fel
 „citatem, tua auctoritate, pietate
 „sapiencia, pro virili parte urgere
 „promovere ne dubites, operamq
 „magnitudine animi ac virtutis tu
 „dignissimam studiis nostris consoci
 „Interea omnipotentem Deum supp
 „ces poscimus, ut Majestatem tuam
 „regiamque familiam bonis omnib
 „augeat & cumulet, futurum sper
 „tes, ut ex ea ditione, unde cath
 „licæ ecclesiæ superiori tempore luct
 „& vulnera illata sunt, inde præcip
 „profectura sint gaudia. Ac tibi, C
 „rissime in Christo Fili noster, Ap
 „stolicam benedictionem amantissim
 „impertimur.„

§. XIX.

*Litteræ Apostolicæ Clementis P
 circa bona Ecclesiastica in di
 tione Saxonica.*